

dati fuerit Theologis.
19. Julij. 1562.

(6)

Ar. de sacrificiis Missæ per Theologos examinandi.

23
26

1. An Missa sit sola cōmemoratiō sacrificij in cruce peracti non aut̄ eorum sacrificij?
2. An sacrificiū in cruce peracto debeat sacrificiū Missæ?
3. An illis verbis, hoc facite in meam cōmemoratiōem. ordinaverit Christus, ut Ap̄t̄ offerrent corpus suum et sanguinē suum in missa?
4. An sacrificiū quod in missa fit, proficit solum sumenti; non possit aut̄ offerri pro alijs, tam vivis quā defunctis, nec pro ipsorum peccatis, satisfactiōibus, et alijs necessitatibus?
5. An missæ privatis, in quibus s. solus sacerdos et nō alij cōmunicant, illicitæ sint ac abrogandæ?
6. An quod in missa aqua vino admisceat̄, cum Christi institutione pugnet?
7. An canon Missæ errores contineat, sit quæ abrogandus?
8. An Eccl̄ie Rom. ritus, quo secreto et submissa voce verba cōsecratiōis profertur, damnandus sit?
9. An missa nō nisi in lingua vulgari, quam oēs intelligant, celebrari debeat?
10. An abusus sit certarum missarum certis diebus attribueri?
11. An ceremoniæ, vestes, et signa exteriora, quibus eccl̄ia in celebratione Missarum utitur, sint tollerandæ?
12. An Christum pro nobis mysticè immolari, idem sit quod nobis ad manducandum dari?
13. An in missa sit tñ sacrificiū laudis, et gratiarum actionis, an etiam sacrificiū supplicatoriū, tam pro vivis quā pro defunctis?

Decant An erronei, uel falsi, aut heretici sint, et à
synodo damnandi. 1

Art. autem xij supra scripti de sacros. missæ. qui nunc
proponuntur examinandi à Theologis, ita inter eos diui-
dantur ut dimidia pars Theologorum, eorum uero qui prioribus
dicent, qui erunt numero xij. respondeant tamen super
septem prioribus articulis, reliqui uero Theologi, qui post
eos dicent, respondeant super ceteris articulis sequentibus.

Super dictos articulos non dixerunt omnes Theologi quod aderat tunc
sed minus 40. et datus fuit quidam ordo Insuper
à dnis pntibus, super numerum, modum, et tempus, eorum quod
uenerant et tempore quo erant disputaturi, quæ alibi
nec tamen fuit suata. ego non dixi meam sententiam nec aliam
multi me antiquiores Tum seculares Tum religiosos.